



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De concupiscentia, & quòd malis cupiditatibus obsequendum non sit. cap.
xxvii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D. IOANN. DAMASCENI

De concupiscentia: & quod malis cupiditatibus obsequendum non sit.

F

C A P. XXVII.

Deut. 5.

2. Reg. 23.

Pro. 13.

Ecli. 18.

Mat. 5.

I. Io. 2.

1. Pet. 2.

chrysost.

Mat. 5.

simile.

Exod. 21.

Luc. 21.

I. Tim. 1.

Heb. 10.



ON concupisces vxorem proximi tui , non domum , non agrum, non feruum, non ancillam, non bouem, non asinum, & vniuersa quæ illius sunt.

Et desiderauit Dauid aquam de lacu, & ait : O si quis daret mihi potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethleem iuxta portam ! Irruperunt ergo tres fortes castra Philistinorum, & hau- G pitius mihi sit Dominus, ne faciam hoc. Num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, & animarum periculum bibam ?

Lignum vitæ desiderium bonum.

Post concupiscentias tuas ne eas: & à voluntate tua auertere. Euagatio con- cupiscentiæ transfert mentem simplicem.

Quicunque viderit mulierem ad concupiscentiam eam, iam mœchatus est in corde suo.

Omne quod in mundo est, aut est concupiscentia carnis , aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ, quæ non est ex Patre, sed ex mundo est.

Obsecro vos, tanquam aduenas & peregrinos, abstinere à carnalibus deside- H riis, quæ militant aduersus animam.

Ego opifex figmento meo concupiscentiam indidi: proindeque naturalem motum minime criminor. Neque enim dico, Non concupisces. Non eius, quod rectè satum est, radicem anello: verum adulterinas corruptæ stirpis fibras elido atque amputo. Non igitur dico, Concupiscentiam ex animo extirpa: sed adulterinæ affectionis pullulantes adhuc stolones ex- cindo. Ecquis bone terra zizania in spesit? Bonum semen seminavi: unde exitiosa zizan- nia prodierunt? Extere, conculta, præfoca malum semen: & non erit cur crescentibus zi- zaniis labores. Quicunque conspexerit mulierem ad concupiscentiam eam, iam mœchatus est in corde suo.

Vt passarem nil penne iuuant, cum laqueo interceptus est, verum frustra atque incas- sum eas gerit: ita nec tibi quicquam prodest ratione prædictum esse, si ab improba concupi- scientia expugneris, verum, quantumlibet saltites, captus tamen teneris. Hac de causa pas- seribus alæ sunt, ut laqueos vitent: hac ite de causa hominibus ratio, ut peccata effugiant.

De peccatis inuoluntariis.

C A P. XXVIII.

VI percusserit hominem volens occidere , morte moriatur. Qui autem non est insidiatus , sed Deus tradidit illum in manus eius, constituam ei locum, in quem debeat fugere.

K

Ille seruus , qui cognovit voluntatem domini sui , & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Qui autem non cognovit, & fecit digna plagiis, vapulabit paucis.

Gratias ago ei, qui me confortat, Christo, quia fidelem me existimauit, ponens in ministerio, qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus. Sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia Domini nostri Iesu Christi cum fide & charitate in Christo Iesu.

Voluntariè peccantibus nobis post acceptam cognitionem veritatis, non iam relinquitur hostia pro peccatis, sed terribilis quædam expectatio iudicij, & ignis zelus, qui deuoraturus est aduersarios.

Peccata.